IN OBITUM XAVERII MERCADANTHIS HARMONIE QUINTINI GUANCIALI CARMEN

Quintino Guanciali

IN OBITUM
XAVERII MERCADANTHIS
HARMONIE

QUINTINI GUANCIALI

CARMEN

(Estratto dagli *Atti* dell'Accademia di Archeologia, Lettere e Belle Arti)

Napoli — Stamperia della R. Università

HARMONIE

Per dubios vitae casus, fatisque repulsos
Curarum nos otra cohors premit undique, et ipsi
Flectimur in vitium miseri! Irrequieta cupido
Saepe agitat, specieque boni deliria fingit,
Et nova post hominem semper sedet onxia curo.
Una tamen victrix fert nobis dulce levamen
Harmonie: hanc Opifex rerum vix ordine miro
Compagem informons, et inertia flamine vitae,
Atque omne immensum motuque, et luce replevit,
Secum habuit comitem concordi foedere; et illam
Ipse potens Genitor primi commissa pareotis
Post vetita, humanas miserotus numine sortes,
Miscere e coelo jussit commercia nobiscum,
Et mulcere dedit sensus, et fallere mentes.
Et Diva in terras radiis suffusa supernis

Descendens, populis ultro se miscet, et oris
His primum sibimet placuit! Coelestibus auris
Seque beat; late ipsa videt quam pulchrior arte
Hic fieri natura queat; mitissima gentis
Pectora, et ingenium, mores, pietasque, fidesque
Dant faciles ausus, et grandia coepta volutat.

Atque cito numeris circum sonat undique tellus,
Pontus, et aethra suis; facilisque illapsa per aures
Corda subit, se se insinuans sibi quaerit alumnos,
Atque elementa suae septem discriminat artis.
Et nostra indulgens olli pulcherrima Siren
Laetatur, primaeque suos ab origine cultus
Excoluit, passimque aras, atque ordine moles
Amphitheatrales solemni more dicavit:
Sed magis ipsa sui blandum per pectora amorem
Incutiens, pleno semper hic affluit ore.
Atque eadem vis tanta Deae numerosa per urbes
Ausoniae illabens, hinc illinc format, alitque
Cultores artis coelo capita alta ferentes.
Et gavisa suis it partis Diva triumphis;
Et tandem ut rerum tangi fastigia possint,
Hic praesens virtute sua sibi fingit Alumnum,
Qui decus, atque artis magnum foret incrementum!
Sed tantae Divae jam plenus numiae Vates
Informat voces hominum, sonitumque tubarum,
Et docet ut possint, tendit quocumque voluntas,
Significare animi motus, et flectere cantus.

Principio sed cara Dei sub corde recursat,
Et coluit pius ipse artes virtutis amore,
Quippe haud vana fides, sed eas vere unica tantum
Relligio informare valet; sacer ignis adurit
Egregias animas, atque usque ad sidera tollit.
Et Divûm interpres implet concentibus aras;
Gloriaque excelso certatim quum datur Uni,
Coelorum qui cuncta throno sibi foedera jungit,
Et quatitur nutu totius machina mundi,
Arcano sociat verbo se se arte magistra,
Et quatit ipse simul sacra formidine pectus.
Sed qualis quantusque vigor, quaeve alma voluptas
Labitur, excelsae quum inter spectacula scenae
Nos circum effundit numeros divinitus afflans!
Et toties repetita placet *Vestalis*, et arae
Non aluisse focos plorans, permulcet, et angit;
Atque gravis numeris, et majestate Quiritum
Vocales hic ipse notas modulatus *Horati;*
Hic simul ipsa novos inter *Virginia* plausus
Dulce canens, animos gaudet tetigisse querelis.
Et regit Harmonie sonitus, motusque Canentum
Temperat afflatu; Vatem propiore fatigat
Numine, et immissum flamen sub corde calescit.
Sed nimium gavisa sibi capiti inde coronas
Dum nectit, tantoque suo blanditur Alumno,
Extemplo nox atra subit caligine, et illum
Respicit heu carae viduatum lucis amore!

Tunc coelo rapit ipsa faces, et lucida flammae
Semina discutiens sub pectore colligit ignes.
Et calet, et magis ingenii vis illo creatrix
Luce micat, miserorum hominum nihil indiga sensus!
Et redit ante oras, Divaeque oracula nudans,
Fingere quid pulchri queat ars, informat olumnos;
Atque melos, semperque recens e divite vena
Educeos, magis illapsu dulcedinis almae
Et sensus et corda trahens, ostendit ubique
Quid potrii possint genii, quidve itala possit
Vox sociata modis! Et ovootem vidimus illum,
Perque choros ferri, per pulpita, et ora Canenlum,
Atque implere suis totum concentibus orbem.
Et tamen hoec nostri lux tanto, et glorio saecli
Deficit, et sperolo diu solatia vitae
Iovida fata negant! Et nuper flevimus illum [1],
Quique etiam, plenoque suo de pectore loogum
Effuodens hic orte melos, meditatus Othellum.
Illum et Diva suis evexit ad aethera peonis,
Inseruitque choros inter, coetusque Deorum,
Ne gravis armorum sooitus, Mars ore cruento
Queis nunc Froncorum miserondom territat urbem,
Officeret, et cor gelidum, maestumque coiret!
Tuque adsis tandem procsenti numine, Diva
Hormooie: namque ipsa magis Discordio saevit,

[1] Rossini

Et furor, et rabies illic Teutonica gliscit
Effraenis! Iam templa Dei, et loca sacra Minervae,
Atque tuas aedes ferro populantur, et igni!
Et trepidae fugere Artes, Geniique locorum
Pervolitant circum rorantes sanguine cautes.
Tuque cito nunc affer opem, vultuque sereno
Pone modum tu, Diva, adiis, iraeque quiescant;
Et tu sola potes mortales pace juvare,
Ne livor, ne dirus amor sceleratus habendi
Dilanient populos converso in viscera ferro.